

212.

Sapientes deputati super factis Armenie, quod loquantur et tractent cum Ambaxatoribus. 73. 76.

213.

In requirendo dominum regem Armenie de dictis in quadam parte prescripta, fiat mentio, quod omnia gravamina et novitates facta tempore patris et sui tollantur. 22. 23 et 76.

Quod hec committantur Consiliariis.

214.

Elongetur factum sapientum Turisij.

215.

Expense facte per Ser *Zanachi Georgio* et alios mercatores in Turisio pro Ser *Marco Cornario* recipiantur. 102.

216.

Armatoribus galearum Armenie et Romanie concessum est posse accipere pro vianda cuilibet mercatoris III grossas, et .I. pro famulo. 44.

217.

Fiat unus Capitaneus generalis armate Culf, et armatarum Cypri et Armenie, cum tanto salario quantum habuit Ser *Justinianus Justiniano*, etc. 36

218.

Committatur Baiulo Hermenie quod de primis denariis quos exiget de soldis 2 pro C, satisfaciat filium quondam Ser *Blaxij Mariperi* de taculinis ^MIII^MLVII. 21.